Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



sus est mardocheus ad ia-
nuam palacii. Et aman festi-
navit ire in domum suam
lugens operto capite. Narra-
vitque zare uxori sue et
amicis omnia que sibi eve-
nissent. Cui responderunt sapien-
tes quos habebat in consilio
et uxor eius. Si de semine
iudeorum est mardocheus, ante
quem cadere cepisti, non poteris
ei resistere, sed cades in con-
spectu eius. Adhuc illis lo-
quentibus venerunt eunuchi
regis et cito eum ad convivium
quod regina paraverat pergere
compulerunt.

### Capitulum septimum

Intravit itaque rex et a-
man ut biberent cum re-
gina. Dixitque ei rex etiam
in secunda die postquam vino in-
caluerat. Que est petitio
tua hester ut detur tibi. Et
quid vis fieri tibi. Etiam si
dimidiam partem regni mei
petieris impetrabis. Ad quem
illa respondit. Si inveni gratiam
in oculis tuis o rex, et si
tibi placet, dona michi animam
meam pro qua rogo, et populum
meum pro quo obsecro. Tradi-
ti enim sumus ego et populus
meus ut conteramur iugulemur
et pereamus. Utinam atque in
servos et famulas venderemur
et esset tolerabile malum, ut
gemens tacerem. Nunc autem
hostis noster est cuius crudeli-
tas redundat in regem. Re-
spondensque rex assuerus
ait. Quis est iste et cuius
potentie, ut hec audeat fa-
cere. Dixitque hester. Hostis
et inimicus noster pessimus iste
est aman. Quod ille audi-
ens illico obstupuit, vultum
regis ac regine ferre non
sustinens. Rex autem surrexit
iratus et de loco convivii in-
travit in ortum arboribus
consitum. Aman quoque surrexit
ut rogaret hester reginam
pro anima sua. Intellexit enim a
rege sibi paratum malum. Qui cum
reversus esset de horto ne-
moribus consito, et intrasset
convivii locum, reperit aman super
lectulum corruisse in quo ia-
cebat hester et ait. Etiam
reginam vult opprimere me pre-
sente in domo mea. Necdum
verbum de ore exierat, et
statim operuerunt faciem eius.
Dixitque arbona unus de eu-
nuchis qui stabant in ministerio
regis. En lignum quod pare-
rat mardocheo qui locutus
est pro rege, stat in domo aman
habens altitudinis quinquagin-
ta cubitos. Cui rex dixit.
Appendite eum in eo. Suspen-
sus est itaque aman in pati-
bulo quod paraverat mardo-
cheo, et regis ira quievit.

### Capitulum octavum

De illo die rex as-
suerus hester re-
gine domum aman
adversarii iudeorum, et mar-
docheus ingressus est ante
faciem regis. Confessa est
enim hester quod esset pa-
truus eius. Tulitque rex
anulum quem ab aman recipi
iusserat, et tradidit mar-
docheo. Hester autem constituit
mardocheum super domum suam.
nec hiis contenta procidit ad